

Ad Eximium Dn. RESPOND.
Auctorem hujus Disputationis unicum.

PRincipium DEUS est, quô differis Auspice, quemq;
Principium monstras principii esse Tui.
Sed quonam Medio? Sophie CHRISTIANA scientem
Te tantæ valuit reddere sola rei.

Taleque principium Finis mediumque sequetur
Dans Tibi mox CHRISTUS præmia larga DEUS.

PRÆSES.

Ad Doctissimum Dn. SEYFARDVM,
Amicum per dilectum.

WITTENII sectator eras, quem prædicat Orbis
Doctior insignem, multisciumque Virum;
Jamque sub illius ductu in Livonide terra
Ingenii illuxit vis generosa tui.
Sed postquam Mysias adiisti fervidus oras,
Sub *Magno Alberto* promicat illa magis:
Omen & en faustum! Trinum tibi Numen & Unum,
Quod jam principium est, postea finis erit.

properab.
L. JOACHIMUS FELLERUS, PP.
& Acad. Bibliothecarius.

Officium brevibus quoque declarare, studebo
SEYFARDE in! Studiis Principioque Tuo.
Sed quale exhibeam? Nunquid vel Amice politas
Hic laudabo theses, sedula vel Studia?

Ulla